To the ſecond Queſtion I do affirm, That the Statutes of *Magna Charta*, *Charta de Foreſta*, *Merton*, *Marlebridge*, *Weſtm'* 1. *De Bigamis*, *Glouceſt'*, *Weſtm'* 2. *Articuli ſuper Chartas*, *Articuli Cleri*, *Statutum Eboraicum*, *Prærogativa Regis*, and ſome few others, that be ancient, amongſt which the Statute of the 25*th* of *Edward* the Third is not to be omitted, touching Treaſons (which for the moſt part are but (*a*) declarations of the Common Law) together with the Original Writs contained in the *Regiſter* concerning Common Pleas; and the exact and true Forms of Indictments and Judgments thereupon in Criminal Cauſes, are the very Body, and as it were the very Text of the Common Laws of *England*. And our Year-Books and Records, yet extant for above theſe Four hundred years, are but Commentaries and Expoſitions of thoſe Laws, Original Writs, Indictments and Judgments. By two Caſes, the one of *Jehu Web*; and the other called *Blackamore*'s Caſe, now among others Publiſhed and Reſolved in this bleſſed and flouriſhing Spring-time of His Majeſties Juſtice, ſpecially

(a) *Co. Lit.* 115. b.

ſpecially (among many others) it appeareth, that our Book Caſes and Records are alſo right Commentaries and true Expoſitions of Statutes and Acts of Parliament.' And for an Example of an Original Writ, among many other, I refer the ſtudious Reader, eſpecially to *Caley's* Caſe in *Paſch.* 26. of the Reign of the late Queen *Elizabeth* of ever bleſſed Memory, now publiſhed, whereby it more clearly appeareth how judicious the Opinion of Juſtice *Fitzherbert* is in his Preface to his *Natura Brevium*, where he ſaith, That Original Writs are the foundation whereupon the Law dependeth; and how truly he calleth them the Principles of the Law, and fortifieth alſo the Opinion of *Bracton, lib.* 5. *fo.* 413. where he ſaith, that (*Breve formatum eſt ad ſimilitud' Regulæ juris*) which Caſe I have Reported in that form to this end, that Students ſeeing the ſingular uſe of Original Writs, will in the beginning of their ſtudy learn them, or at leaſt the principalleſt part of them without Book, whereby they ſhall attain unto three things of no ſmall moment: Firſt, To the right underſtanding of their Books: Secondly, To the true ſenſe and judgment of Law: And laſtly, to the exquiſite form and manner of Pleading. And the Caſe of *Barretry* ſtandeth for an Example of an Indictment.

The neglect of Aſſizes and Real Actions hath produced two Inconveniences in the Common-wealth, and a third is, (if it be not ſtept on already) like to enſue: Firſt, The multitude of Suits in Perſonal Actions, wherein the reality of 1 *Co.*6, 7.a.b.

commiſſis (veréque hoc fauſtiſſimo imò florentiſſimo Juſticiæ à Regia Majeſtate unicuique adminiſtratæ determinatis) patet clariſſime libros noſtros & monumenta, apta fore Commentaria, & veras Statutorum decretorumque comitialium explicationes. Et, ſi ſtudioſus Lector exemplum de reſcripto originali quæſiverit, Caſum Calye, *in Termino* Paſch' 26 Eliz. *Reginæ fœlicimæ memoriæ agitatum, & jam editum, conſulat, ex quo clarè patet conſultam imprimis fuiſſe Judicis* Fitzherbert *opinionem judicioque latam optimo in proœmio Libri ſui de* Nat' Brev', *ubi aſſerit Reſcripta originalia fundamenta eſſe, & totius Legis quaſi Cardines; & quàm rectè ab eo Juris principia appellantur: Firmat etiam hic Caſus illud quod ſentit* Bracton *lib.* 5. *fo.* 413. *ubi dicit,* Breve formatum eſſe ad ſimilitudinem Regulæ Juris. *Quem caſum in medium proferendo hunc mihi propoſui finem, quòd uſum ſingularem Brevium Originalium ex hoc perſpicientes ſtudioſi, dum adhuc in hoc literarum genere tyrones ſunt, ea vel ſaltem eorum in uſu frequentiora, memoritèr ediſcerent; quòd ſi faciant ad hæc tria plurimi momenti facillimè perveniant. Primò, Rectiùs librorum apprehendant rationem: Secundò, Senſum ſententiamque Juris genuinam feliciùs intelligant: Exquiſitam denique cauſas agendi formam aſſequantur. Et caſus de* Barratria *(ut loquimur) formulam indicandi crimina rectè tibi demonſtrat.*

Aſſiſarum Actionumque realium intermiſſio, bina in Rempub. induxerunt mala, & tertium (ſi modo non ſurrepſerit) ſequi veriſimile eſt. Primò litium multitudo in actionibus perſonalibus quibus liberi tenementi

menti & juris hæreditarij realitas controversa est, in subditi impensam & vexationem minimè tolerandas. Secundè, contentiones multiplices in uno eodemq; casu, adeo ut sententiæ duodecim virorum juratorum (quas veredicta vocamus) diversæ sæpiùs feruntur ex utraque parte; nec tamen lis demùm inter partes aliquatenus dirimitur, nec fixa alterutri seu pacifica manet possessio, utrinque licet frequentiùs exploretur paritèr ac judicetur.

Et hoc fit, dum recta Legum institutio declinatur: Unde Lex municipalis dente carpitur maledico, & detrimenta reipublicæ eveniunt non ferenda. In actionibus personalibus de ære alieno, Bonis, & Catallis (ut dicimus) recuperatio vel barra (ut apud nos est) in una Actione, barra est & in alia, & hujusmodi litis finis est. In actionibus verò realibus de libero Tenemento & hæreditate (quæ altioris prorsus sunt naturæ & dignioris, & in quibus jura dissimiliora decernuntur, subtilioresque agitantur in lege quæstiones) ultra duas, vel tres (idque rarissimè) esse nequeant explorationes, & interim, unâ jam habitâ recuperatione, quietè agitur possessio. Tertiò, actionum realium desuetudo duo efficient periculosa, videlicet, veri judicij in legum professoribus defectum, & in Clericis, formularum ritè intrandi, aptiquè in ijsdem causis processus crassam ignorantiam. Opera Naturæ suis à primordiis maximè præservari perspicimus, res politicæ ab ijsdem optimè fundamentis muniuntur à quibus primò instituuntur, & Justicia æquiùs semper Administratur, quùm Leges secundum veram & genuinam earum institutionem executioni mandentur:

Freehold and Inheritance is tried, to the intollerable Charge and vexation of the Subject. Secondly, Multiplicity of Suits in one and the same Case, wherein oftentimes there are divers Verdicts on the one side, and divers on the other, and yet the Plaintiff or Defendant can come to no finite end, nor can hold the possession in quiet, though it be often tried and adjudged for either party.

And this groweth, for that the right institution of the Law is not observed, to the unjust slander of the Common Law, and to the intollerable hindrance of the Common-wealth. In personal Actions concerning Debts, Goods and Chattels, a Recovery or Bar in one Action is a bar in another, and there is an end of the Controversie. In real Actions for Freehold and Inheritance, being of a higher and worthier nature, and standing upon greater variety of Titles and difficulties in Law, there could not be above two Trials, or at the most (and that very rarely) three, and in the mean time, after one recovery the possession resteth quiet. Thirdly, The discontinuance of real Actions will produce in the end two dangerous effects, viz. want of true Judgment in the Professors of the Law, and gross Ignorance in Clerks of the right entries, and proceedings in those Cases. We see that works of Nature are best preserved from their own beginnings, frames of Policy are best strengthned from the same ground they were first founded, and Justice is ever best administred, when Laws be executed according to their true and genuin institution. And therefore, to the end the anti-

ent and excellent institution of the Common Law might be reconti-nued for the good of the Com-mon-wealth, (*For its convenient for the Common-wealth, that there be an end of Controversie.*) I have therefore reported two Cases of Assizes, for that the Writ of As-size (in case where it lieth) is *op-timum & maxime festinum reme-dium*: And the Cases of *Buckmere* and *Syms* of Writs of Formedon in Remainder: and *Ed. Althams* Case of a Writ of *Dower*.

And we that are Judges of the Realm, have resolved to cut off all superfluous and unjust delays, and as much as we can, all fained dilatory and curious Pleadings: the admittance whereof, of late time, hath been a great cause why real Actions, and specially Writs of Assize, are not now so frequent as they have been.

And though in real Actions, as the weight of the Cause requireth, there are longer times given in the proceeding, than in personal Acti-ons, as appeareth in Justice *Fortes-cues* Book *cap.* 53. (where it appear-eth, that those times are neither over-long, nor without just Cause; *For many times in deliberations Judg-ments grow to ripeness, but in our hasty process never*:) yet shall the Demandant come to a timely final end by these real Actions, which he shall never do by prosecution of personal Actions, for the Trial of Freehold or Inheritance. And they that well observe the three parts of the Reports in the Reign of King *E.* 3. shall find few or no Actions of Trespass, or personal Actions brought concerning any Lands or Tenements, but either where no Title of Freehold or Inheritance

Ideoquè ut antiqua Legum munici-palium & præclara institutio, ad reipublicæ utilitatem retineatur (expedit enim reipublicæ, ut sit finis litium) *duos in publicum pro-tuli casus de Assisis, eo quod breve de Assisa (in casu quo habeatur)* optimum est & maximè festinum remedium; *& casus* Buckmore *&* Syms *de brevibus de Formedon (ut loquimur) in remanere: & casum* Edwardi Altham *de brevi de Dote recuperanda.*

Et nos, quos Regia Majestas publicos in hoc suo regno substi-tuit Judices, moras omnes super-vacaneas & indebitas, omnesque fictas & curiosas nimis in placi-tando agitationes (quoad possu-mus) penitùs amputare statui-mus: Quæ, dum irrepserunt, multum nuper in causa fuerunt quare actiones reales & præsertim de Assisis brevia, ut quondam fue-rint, non adeo sunt frequentia.

Et quamvis in actionibus rea-libus, sicut causæ pondus in se exigit, longiora tempora in pro-cessu, quam in actionibus personali-bus concedantur, sicut in libello Judicis Fortescue cap. 53. *manife-stum est (ubi apparet dilationes illas nec nimis longas esse, nec justâ non nisi de causâ admissas:* Crebro enim (*inquit ille*) in delibe-rationibus judicia maturescunt, sed in accelerato processu nunquam:) *Petens tamen tempore opportuno per has reales Actiones ad finem litis pervenerit; ad quem per a-ctionum personalium Prosecutio-nem de libero Tenemento vel hæ-reditate experiundo, nunquam po-test. Tres autem Relationum par-tes regnante* Edw. 3. *promulgatas qui pensitaverint, paucas aut om-nino nullas transgressionis, ali-*

asve

asve personales actiones de terris seu Tenementis latas invenerint, nisi ubi nulla de libero Tenemento aut jure hæreditario quæstio oriebatur, aut ubi Petenti nulla realis Actio data fuit. Liquet igitur, cùm aliàs tùm præcipuè ex Actione quadam Transgressionis; Quare clausum fregit, *per Episcopum* Covent' *&* Lichfield' *prosecutâ in* 6 Edwardi 3. fol. 34. b. *ad Episcopi replicationem factam fuisse exceptionem, quòd in realitate litem agitabat, semper enim, ut tunc se habuerunt tempora, casus reales in actionibus realibus discussi fuerunt: Unde eorum temporum Judices præclarum illud meruere Testimonium, quòd* Thirning, *Justiciarius capitalis, illis attribuit Anno* Henrici 4. 12. *videlicet, quod aliorum omnium longè fuerunt consultissimi simul & sapientissimi; & quod sub rege* Edwardo 3. *majorem quam antea habuisset Lex perfectionem; & quòd casuarum in jure agitatio (summum legis decus & ornamentum) ad eam in ejusdem Regis temporibus crevisset excellentiam, ut superiorum temporum agitationes, si ad illas sub Rege* Edwardo 3. *compararentur, mancas quasi & imbelles à* Thirning *existimarentur.*

Magnum Ducatus Cornubiæ casum varijs de causis retuli. Primò, quamvis ille idem casus olim (ut hac mearum Relationum parte constare poteroit) adjudicatus fuerit; de eodem tamen jamdudum quæstio nova exorta est, partim quod judicia inter alia Regis monumenta, paucis cognita, clausa asservantur, & partim quòd judiciorum rationes & causæ (ut legis mos est) in iisdem non expressæ monumentis, nulli plenè & integrè satisfecerunt;

came in question, or where the Plaintiff could not have any real Action: And therefore, amongst many others it appeareth in an Action of Trespas *Quare clausum fregit* brought by the Bishop of *Coventry* and *Lichfield*, in 6 *Ed.* 3. *fol.* 34. *b.* exception was taken to the Replication of the Bishop for that he pleaded in the realty, for always in those days real Cases were determined in real Actions, which made the Judges in those times to merit that honourable Testimony which *Thirning* Chief Justice attributeth to them in the 12 year of the Reign of King *Hen.* 4. that they were the greatest Sages that ever were: And that in the Reign of King *E.* 3. the Law was of the greatest perfection that ever it was; and that pleading (the greatest honour and ornament of the law) grew in the Reign of that King to that excellency, as that the Pleadings in former times having regard to the Pleadings in the Reign of King *Ed.* 3. are holden by *Thirning* to be but feeble.

I have reported the great Case of the Duchy of *Cornwal* for divers Causes. 1. Although this very case hath been long since (as shall appear in this Report) judicially adjudged, yet hath the same of late been called in question again, partly for that the said Judgments remain privatly amongst the rest of the Kings Records, known but to a few, and partly, for that the reasons and causes of the Judgments being (according to law) not expressed in the Record it self, gave no full and clear satisfaction: But principally, for that there was no Report made and published of the true Causes and Reasons of those Resolu-

Reſolutions and Judgments. 2. To the end that ſuch as have not any part thereof, may hereby be inſtructed of the true ſtate of the poſſeſſions of this Duchy, and by this means be admoniſhed how they deal with any that have bought or purchaſed any of theſe Poſſeſſions; and that ſuch as have acquired, or gotten any of them, knowing that the Judgment was given in this caſe, both upon many direct Authorities in the point, and upon plain and demonſtrative Reaſon (the two main cauſes of true ſatisfaction) may therewith reſt ſatisfied. The laſt, but not the leaſt, is, for that the moſt noble and excellent Prince, who is *omine nomine numine magnus*, and the greateſt that ever was before him, hath in his firſt Cauſe *in hoc forenſi dicendi genere* gotten Victory. I have for ſome reſpects reported the ſame in Latin, wherein I have been contented *potiùs ſcribere propriè quam Latinè*; and for that the words of Art which will bear no Tranſlation, are herein ſo many and ſo frequent, I have added the Report thereof in the vulgar Language, that the Reader may uſe either of them at his pleaſure. There are certain other Caſes now publiſhed by me, concerning ſome of the moſt abſtruſe, dark and difficult points in the Law, and yet very neceſſary to be known, as in *Arthur Blackamores* Caſe concerning Amendments, *Beechers* Caſe of a *Retraxit*, departure in deſpite of the Court, and of Fines and Amercements, *Grieſleyes* Caſe, of affearing of Amercements, and ſome others. And I have of purpoſe done theſe as plainly and clearly, and therewith as briefly as I could. For the Laws are not like to thoſe things

præſertim verò, quòd nulla de eorum determinationum ac judiciorum veris cauſis & rationibus facta fuerit & divulgata Relatio. Secundò, quòd illi qui nullum inde habent partem, de vero poſſeſſionum hujus Ducatus ſtatu inſtituantur, eoquè moneantur ne cumiis pactionem ineant qui poſſeſſiones inde aliquas emerunt aut adepti fuerunt: Et quòd hi qui ullam ejuſdem partem acquiſiverunt, aliove pacto nacti ſunt, intelligentes ſententiam in hoc caſu latam fuiſſe, cum ex quamplurimis directis admodum & luculentis Authoritatibus & inditiis, tùm ex plenâ demonſtrativâque ratione (duobus veris & præcipuis ſatisfaciendi cauſis) habeant quo acquieſcant. Ultima hunc caſum referendi cauſa (nequaquam tamen minima) eſt, quòd termaximus ille & excellentiſſimus Princeps, qui omine, nomine, numine magnus, *& omnium qui anteceſſerunt illuſtriſſimus, in prima ſua cauſa palmam* in hoc forenſi dicendi genere *adeptus eſt. Nonnullæ mihi animum induxerunt rationes, ut Latinè in ſcripta redigerem hunc caſum, quòd dum facerem, contentus fui* potiùs ſcribere propriè quam Latinè, *& quia voces Artis (in aliam ſe converti Linguam minimè patientes) adeo multæ ſunt & frequentèr intercedentes, Linguâ etiam aſſuetâ hæc loquitur Relatio; utraque igitur Lector pro animo ſuo utatur. Quoſdam alios à me modò relatos habes caſus de quæſtionibus in Lege nonnullis abſtruſiſſimis, difficillimis, & ſpinoſiſſimis, intellectu tamen valdè neceſſariis, utputa caſum* Arthuri Blackamore *de emendationibus, caſum* Beecher *de formula Juris quam dicimus* Retraxit,

de

de recessu in contemptum Curiæ, & mulctis) quas fines & amerciamenta vocamus) casum Griesly *de amerciamentis afferendis,& nonnullos alios Hos, de industria, tam perspicuè,luculentèr, & summatim quam potui, perfeci: Leges enim planè sunt dissimiles illis Naturæ, quæ* gratiùs per Christallum aut succinum pelluceant quam si nuda conspiciantur; *nec pictis assimulentur tabulis, quæ delicias tùm afferunt maximas, quùm recentib' adhuc & floridis poliantur coloribus,& umbris graphicè inductis haud parum illustrant' & exornant'.*

Utrum res ipsa, sive ætas mea provectior (anno jam Sexagesimo ætatis meæ propemodum acto) sive aliud quicquam in causa est; labore magis, in hoc octavo opusculo, quam superiorum aliquibus, enixum me fuisse pro certo scio: Deus tamen optimus maximus propitia sua benignitate (dum in gravioribus reipublicæ negotiis versatus fui) hoc ut perficerem vires dedit. Et, ut dicunt Naturalistæ, sicut nulla sylvarum aut camporum volatilium genera sunt, quæ non aliquid afferunt ad nidum acquilem construendum & adornandum, nonnulla cinnamomum aliaque magni pretij & momenti, nonnulla juniperum & talia id genus minoris pretij, secundum illorum qualitatem,potentiam,& facultatem: Ita cuilibet, secundum potestatem, ordinem, & mentis acumen, addendum est aliquid, non solum patriæ nostræ charissimæ (aquilæ nostræ nido potentissimæ) ut prosit & illustret, sed in eo etiam pro virili, ut interiorem animi intentionem & affectum exprimat, & Regiæ Majestatis dies pacificos, gubernationemq; ejus felicissimam atque beatissimam in posterum celebrandum. Ego verò, cùm suæ Majestatis Gra-

of Nature, *which shine much brighter through Cristal or Amber, than if they be beheld naked:* Nor like to Pictures that ever delight most when they are garnished and adorned with fresh and lively Colours, and are much set out, and graced by artificial Shadows.

And whether it be in respect of the Matter, or my Years growing fast on, being now in the 60*th* year of mine Age, or for what other respect soever it be, sure I am I have felt this eighth Work much more painful than any of the other have been unto me. And yet hath Almighty God of his great goodness (amidst my publick Imployments) enabled me hereunto. And as the Naturalists say, That there is no kind of Bird or Fowl of the Wood, or of the Plain, that doth not bring somewhat to the Building and Garnishing of the Eagles Nest, some Cinnamon and other things of price and value, and some Juniper and such like of lesser value, every one according to their quality, power and ability: So ought every Man, according to his power, place and capacity, to bring somewhat, not only to the profit and adorning of our dear Country (our great Eagles Nest) but therein also, as much as such mean Instruments can, to express their inward intention and desire, to honour the peaceable days of his Majesties happy and blessed Government to all posterity. And for that I have been called to this place of Judicature by his Majesties exceeding grace and favour, I hold it my duty, having obser-

observed many things concerning my Profession, to publish amongst other certain Cases that have been adjudged and resolved since his Majesties Reign in his highest Courts of Ordinary Justice, in this calm and flourishing Spring-time of his Majesties Justice, amounting with those of my former Edition in all to 84. And (if it shall please God) I intend hereafter to set out an other Work, whereof I have only collected the Materials, but not reduced them to such a form as I intend, lest if I should leave it as it is, it might, after my death, be published (as hath been done in the like case) before it be perfected. Your extraordinary allowance of my former Works, together with your continual and earnest desire of other Editions, have much incouraged me to undertake these pains: And if you shall reap in your Studies such profit thereby, as I from my heart desire, and as you (from your desire of Knowledge) do expect, then shall my Labours seem light unto me; for my Expectation shall be satisfied.

tia ad hanc sedem Judicialem summo cum favore me avocârit, in officio meo me defuisse existimavi, si non, dum multa mea in professione observavi, in lucem ederem casus nonnullos (inter alios) sub Regia sua Majestate in eminentissimis Justiciæ ordinariæ Curiis judicatos & discussos, serenissimo hoc florentissimoque vere Justicia à sua Majestate piè administratæ; qui casus cum illis editionum mearum superiorum, numerum attingunt octoginta quatuor. Et (si Deo placeret) opus aliud posthac edere institui; cujus quidem elementa tantùm, ut propositum mihi est, formavi, ne forsan si relinquerem qualecunque sit post meam ex hac vita emigrationem (quod re pari accidisse vidimus) promulgaretur imperfectum. Singularis vestrum superiorum mearum Relationum approbatio, continuis aliarum Lucubrationum associata votis, ad onus hoc aggrediendum multum me incitavit. Et, si non minorem vos vestris in studijs fructum ex his perceperitis, quam ego ex animo vobis opto, vosq; (scientiæ vestræ ex cupiditate) speratis, faciles meæ mihi erunt vigiliæ: votis enim meis abunde satisfactum erit.

Placita

Placita coram domino Rege nunc in Cancellaria sua apud *Westm'* in Com' *Midd'*, Termino St.*Hillarij*, Anno Regni dicti dom' nostri JACOBI, Dei gratia *Angliæ*, *Scotiæ*, *Franciæ* & *Hiberniæ* Regis, Fidei defens. &c. *viz*. *Angliæ*, *Franciæ* & *Hiberniæ*, *tertio*, & *Scotiæ* tricesimo nono.

The Prince's Case.

DOminus Rex nunc mand' breve suum claus. Vic' Cornub' direct', in hæc verba. JACOBUS Dei gratia Angliæ, Scotiæ, Franciæ & Hiberniæ Rex, fidei defensor, &c. Vic' Cornub' salutem. Cum in Statuto in Parliamento domini Edwardi nuper Regis Angliæ tertij, Anno Regni sui undecimo, apud Westm̃ in Com̃ Midd' tent', edit', inter alia, inactitat' fuit authoritate ejusdem Parliamenti; Quod primogenitus filius Regis Angl' qui foret hæreditabilis regno Angliæ, foret dux Cornub', & quod ducat' Cornubiæ foret semper extunc primogenit' fil' Regum Angliæ, qui foret proximus hæres prædicto Regno. Et quod præd' primogenit' filius Regum Angliæ haberet & gauderet, erga manutentionem & supportationem status sui principalis, totum & integrum ducat' Cornub', ac omnia Castr', Honor', dominia, maneria, terr', ten' & omnia alia hæreditam̃ dicto ducatui spectan' vel pertin', vel reputat' vel capt' fore pars, parcel' vel membr' ejusdem ducat. Cumque idem nuper Rex Edw. tertius, in præd' Parliamento Añ Regni sui undecim' supradict', per quandam Cart' suam de cõi assensu & consilio Prælator', Comit' Baronum & alioꝝ de consilio ejusdem Regis, in dicto Parliamento convocat', ac authoritate ejusdem Parliamenti, dederit Edwardo, tum Comiti Cestriæ, filio suo primogenit' nomen & honor' ducis Cornub', ipsumque in ducem Cornub' præfecit; Et per Cartam illam, de cõi assensu & consilio præd', dedit & concessit eidem filio suo, nomine ducat' præd' & sub nomine & honore ducis dicti loci inter alia, Castrum de Wallingford

lingford cum Hamlet' & membr' suis, ac annuam firmam villæ de Wallingford, cum honoribus de Wallingford & de Sancto Walerico, cum pertinen', in Com Oxon' & aliis Comitat' ubicunque Honores illi fuerint: Habendum & tenendum eidem duci, & ipsius & hæredum suorum Regum Angliæ fil' primogenit' & dicti loci ducibus in Regno Angliæ hæreditar' successur', unà cum feod' Militum, Advocat' Ecclesiarum, Abbatiarum, Priorat', Hospital', Capellar' & cum Hundred', piscar', forestis, chaseis, parcis, boscis, warren', feriis, mercatis, libertatibus, liberis consuetudinibus, wardis, releviis, eschaet' & serviciis tenen', tam liberorum quam nativorum, & omnibus aliis ad præd' Castr', Vill', Honores, terr' & ten', qualitercunque spectan' sive pertin', de prædicto Rege Edwardo tertio & hæredibus suis imperpetuum. Prædictusque nuper Rex Edwardus tertius per Cartam suam prædictam, in Parliamento prædicto, cum cõmuni consensu præd', ac authoritate Parliamenti illius, præd' Castr' de Wallingford & cætera præmissa cum pertin', inter alia, eidem ducat' annexit & univit, eidem ducatui imperpetuum remansur'; ita quod ab eodem ducatu aliquo tempore nullatenus separentur, nec alicui seu aliquibus aliis quam dicti loci ducibus, per prædictum nuper Regem vel hæred' suos donarentur, seu quomodolibet concederentur; ita etiam quod præfat' duce, seu aliis ejusdem loci ducibus, deceden' & filio seu filiis, ad quos præd' ducatus, prætextu Concession' prædict' spectare dignosceretur, non apparentibus, idem ducatus cum præd' Castr' & cæter' præmiss. præconcess. ad præfatum nuper Regem, vel hæredes suos Reges Angliæ, reverterentur, in manibus ipsius nuper Regis & ipsorum hæredum suorum Regum Angliæ retinend', quousque de hujusmodi filio seu filiis in dicto Regno Angliæ hæredit' successur' appareret, ut est dictum, quibus tunc successivè ducatum illum cum pertin' præfatus nuper Rex pro se & hæred' suis concessit & voluit liberari, tenedend' de ipso nuper Rege & hæred' suis imperpetuum. Cumque insuper per quendam Actum, edit' in Parliamento Domini Henrici nuper Regis Angliæ octavi tent' apud Westmonaster' prædict', viz. in secunda Sessione ejusdẽ Parliamenti, inchoat' & tent' duodecimo die Aprilis Anno Regni dicti nuꝑ Regis Henrici octavi tricesimo primo, & ꝑ diversas prorogationes continuat' usque vicesimũ quintu' diẽ Maij Ann' Regni dicti nuper Regis Henrici octavi tricesimo secundo, & abinde tent' & continuat' usque dissolutionem ejusdem Parliamenti vicesimo quarto die Julij Anno tricesimo secundo supradicto, recitan', quod cũ in Parl' tent' Anñ undecimo regni nuper Regis ꝑclaræ memoriæ Regis

Co.Lit. 27. a. b.

Regis Edwardi tertij, inter alia, stabilit', inactitat' & ordinar' fuit; Quod primogenitus filius, Anglicè the eldest Son, Regis Angliæ, qui foret hæreditabilis, Anglicè inheritable, huic regno Angliæ, foret dux Cornubiæ, & qd' idem ducat' Cornub' semper foret primogenit' fil', Anglicè to the Eldest Son, Regum Angliæ. qui foret praxim hæres dicto regno; Et qd' ipse heret & gauderet erga manutentionem & supportationē principalis status sui, Anglicè of his Princely Estate, totū & integrū ducat' Cornubiæ, ac omnia Castr', Honor', dñia, Anglicè Dominions, maner' terras, ten' & omnia alia hæreditamenta spectan' vel pertinen' dicto ducatui, sive reputat' & capt' fore pars, parcel' vel membr' dict' Ducat': Ac pro eo quod Honor & Castr' de Wallingford, in Com' Berk', tunc fuit & à diu fuisset pars & parcel' hæredit' & possessionum dicti ducat' Cornubiæ, ac reputat' & capt' fore membr' dict' ducat'; qui quidem Honor & Castr' jacebat prope maner' ejusdem nuper Regis Henrici octavi de Newelme, alias vocat' Ewelme, in Comitat' Oxon', & fuit perquam commodum, Anglicè commodious, decens & amœnum pro eodem nuper Rege Henrico octavo: In consideratione quorum, & pro aliis urgentibus causis, dictum nuper Regem Henricum octavum specialiter moventibus, inactitat' & ordinat' fuit authoritate ejusdem Parliamenti dicti nuper Regis Henrici octavi; Quod dict' Honor & Castrum de Wallingford, ac omnia dominia, maneria, terr', tenementa & alia hæreditamenta, quæcunque forent, existen' partes, parcel' vel membr', dicti Honoris & Castri, aut appenden' sive pertinen' dicto Honori & Castro, aut alicui dominio vel maner' eisdem pertinen', aut reputat' vel capt' fore pars vel parcel' dicti Honoris sive Castri, aut alicujus membr' ejusdem, forent extunc imposterum, authoritate ejusdem Parliamenti, separata, disannexa, Anglicè disannexed, & deartuata, Anglicè dismembred, à dicto ducat' Cornubiæ, & non forent in aliquo modo extunc imposterum reputat', vocat', accept' vel capt', per nomen Honoris de Wallingford, nec fore aliqua pars, parcella vel membrum dicti ducatus Cornubiæ: Et quod prædictum manerium dicti Regis de Newelme, alias Ewelme, extunc imposterum semper nominaretur, vocaretur, acciperetur, reputaretur, & adjudicaretur fore Honor de Newelme, alias Ewelme. Et quod dictus nuper Rex Henricus octavus haberet consimiles Libertates, Franchesias, Privilegia, Regalitat' & Jurisdictiones, tam in prædicto Honore de Newelme, alias Ewelme, quam in prædict' Maner', Castr', terr', tenement' & hæreditament', existen' pars, parcel', vel membr' dicti

dicti Honoris de Wallingford, ad omnia intentiones & proposita, qual' fuerunt in aliquo modo spectan', pertinen' vel usitat', in vel ad dictum Honorem de Wallingford. Et quod consimiles processus, sect' & placita imperpetuum tenerentur, reciperentur & usitat' forent in dicto Honore de Newelme, alias Ewelme, qual' ad primum diem ejusdem Parliamenti fuissent usitat' vel exercitat' in dicto Honore de Wallingford. Et quod dictus nuper Rex Henr. octavus haberet sibi hæred' & successoribus suis imperpetuum dictum Honorem & Castrum de Wallingford, ac omnia dominia, maner', terr', tenement' ac alia hæreditament' quæcunque, pertin' dicto Honori vel Castro, vel reputat' seu accept' fore aliqua pars possessionum, vel parcel' sive membr' dicti Honoris sive Castri, extunc imposterum fore separat' & divis. à prædicto Ducatu: Et quod idem Honor & Castr' de Wallingford extunc imposterum nominaretur & vocaretur Castrum & Manerium de Wallingford: Ac etiam quod idem Castrum & Maner' de Wallingford, ac omnia dominia, maner', terr, tenementa & cætera hæreditament' quæcunque quæ adtunc fuissent spectan' sive pertinen' dicto Castro & Manerio, vel reputat' & capt' fore aliqua pars, parcel' vel membrum inde; Ac omnimod' libertates, franches. privilegia, Regalitates & Jurisdictiones, præantea usitat', infra dictum Honorem de Wallingford, extunc imposterum forent unita, annex', colligat', Anglicè knit, adjudicat', æstimat', Anglicè deemed, accept', reputat' & vocat' pars, parcel' & membr' dicti Honoris de Newelme alias Ewelme, in prædicto Comitatu Oxon'. Et ulterius Inactitat' fuit Authoritate prædicti Parliamenti prædicti nuper Regis Henrici octavi; Quod omnes & singulæ persona & personæ quæ tunc tenerent aliqua Maneria, terr, tenementa vel hæreditament', de præd' nuper Rege Henrico octavo, vel de excellente & indubitato principe Edwardo tunc filio & hæred' apparen' ejusdem nuper Regis Henrici octavi, ut de dicto Honore de Wallingford, aut de aliquibus dominiis vel maner' existen' parcel' vel membr' dicti Honoris de Wallingford, extunc imposterum tenerent dicta maneria, tenementa & hæreditament' sua de dicto nuper Rege Henrico octavo, hæred' & successor' suis, ut de prædicto Manerio & Castro suo de Wallingfocd, aut de dictis dominiis vel maner', existen' parcel' & membr' dicti Honoris de Wallingford', parcel' dicti Honoris de Newelme, alias Ewelme, per eadem Redditum, sectas, consuetudines & servicium, qualia ipsæ & eorum quælibet tenuerunt, solverunt, vel fecerunt, ante editionem Actus Parliamenti illius, &

non

non per plura aut alia Redditum, Sectas, Consuetudines, vel Servitia. Salvis omnibus personæ & personis, & corporibus politicis, hæredibus & successoribus suis, ac hæredibus & successor'eorum cujuslibet, al' quam excellenti & indubitato domino principi Edwardo qui tunc fuit, & hæredibus suis, & cuilibet alij qui extunc imposterum continger' fore primogenitus filius Regis, Anglicè the King's eldest Son, & proxim̃ hæres coronæ hujus regni Angliæ, omni tali jure, titulo, interesse, possessione, feodis, Officiis, Annuitatibus, redditibus, communiis & omnibus aliis commoditatibus, ac hæreditament' quibuscunque, quæ ipse vel eorum aliqua legitime tenuerunt, potuerunt, debuerunt vel debuissent habuisse, si præd' Actus minime habitus nec factus fuisset. Et ulterius inactitat' fuit authoritate præd' Parliamenti prædicti nuper Regis Henrici octavi, Quod prædictus excellens & indubitatus princeps Edwardus qui tunc fuit, & quilibet alius qui extunc imposterum continger' fore primogenitus filius Regis & proxim̃ hæres Coronæ hujus Regni, haberet, teneret & gauderet imperpetuum annex', unit' ac colligat', Anglicè knit, prædicto Ducatui Cornub', pro & in plena recompensatione præd' Honoris & Castri de Wallingford & cæterorum præmissorum in eodem Actu præspecificat', dicto Honori de Wallingford tunc antea spectan', ut pars & parcel' dict' ducat' Cornub', Maneria de West Taunton, Trelowia & Landulph, cum pertin' in Com' Cornub', inter alia, in talibus modo & forma, & de tali consimili statu, qual' idem excellens & indubitatus princeps Edwardus ante editionem Actus Parliamenti illius habuit, tenuit vel gavisus fuit præd' Honorem & Castrum de Wallingford, & cætera præmiss. parcel' ejusdem Honoris: Et quod omnia & singula præd' Maneria, cum omnibus & singulis suis pertinen', tunc, inter alia, limitat' & assignat' per eundem Actum, in prædicto Parliamento prædicti nuper Regis Henrici octavi, prædicto ducatui Cornub' & eorum quodlibet, extunc imposterum forent reputat', existimat', Anglicè deemed, adjudicata, accept' & capt', authoritate Parliamenti illius, ut pars, parcel' & membr' dict' Ducat' Cornub', in talibus & consimilibus modo & forma ac omnia proposita & intentiones, qual' dict' Honor & Castrum de Wallingford, ac membra parcel' ejusdem, fuerunt ante editionem Actus illius; aliquo Actu, lege, consuetudine vel usu, in contrarium non obstante, prout per eundem Actum in prædicto Parliamento præd' nuper Regis Henrici octavi edit', inter alia, plenius liquet. Cumque ante & usque tempus confectionis prædictus Actus Parliamenti, edit'

in prædicto Parliamento præd' nuper Regis Henrici octavi, præd' Honor' & Caſtrum de Wallingford, & membr' & parcel' inde, fuerunt pars, parcel' & membr' prædicti ducat' Cornub', ſecundum formam & effectum præd' Cartæ & conceſſion' per præd' nuper Regem Edwardum tertium, cum cōmuni aſſenſu præd' ac authoritate Parliamenti ſui præd', ut præfertur, confect', & prout in præd' Carta mentionatur & ſuperius recitat'; prædictuſque excellens & indubitatus princeps Edwardus, in præd' Actu, edit' præd' Parliamento prædicti nuper Regis Henrici octavi, nominat', ante tempus ac tempore confectionis ejuſdem Actus, edit' in prædicto Parliamento præd' nuper Regis Henrici octavo, habuit, tenuit & gaviſus fuit præd' Honor' & Caſtr' de Wallingford, & al' præmiſſ. parcel' ejuſdem Honoris, in tali modo & forma, & de tali ſtatu prout inactitat' & limitat' exiſtit in præd' Carta & conceſſion' præd' nuper Regis Edwardi tertij Anno regni ſui undecimo ſupradicto authoritate parliamenti confect', ut præfertur. Ac præd' Honor & Caſtrum de Wallingford in præd' Actu edit' in præd' parliamento præd' nuper Regis Henrici octavi mentionat', & præd' Caſtrum de Wallingford cum hamlett' & membris ſuis, & præd' Honor de Wallingford cum pertin' in prædicta Carta & conceſſion' per prædictum nuper Regem Edwardum tertium, ut præfertur, confect' ſpecificat', ſunt una & eadem, & non alia neque diverſa. Quorum prætextu præd' nuper princeps Edwardus primogenitus filius præd' nuper Regis Henrici octavi, ac dux Cornub', fuit ſeiſitus de præd' maneriis de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph' cum pertin' in dominico ſuo ut de feodo, ut parcel' ducat' ſui Cornubiæ præd', ſecundum formam & effectum præd' Actus parliamenti: Ipſoque ſic inde ſeiſito exiſten' præd' nuper Rex Henricus octavus poſtea, apud Weſtm̄ præd', obiit, præd' Edwardo nuper Principe exiſten' filio & hæred' prædicti nuper Regis Henrici octavi; prædictuſque Edwardus nuper Princeps eidem nuper Regi Henrico octavo in præd' Regno Angliæ jure hæreditar' ſucceſſit, & Rex præd' regni Angliæ, nomine Edwardi ſexti Regis Angliæ, devenit: Poſteaque idem Edwardus ſextus nuper Rex Angliæ, apud Weſtm̄ prædict', obiit ſine hærede de corpore ſuo execun', domina Maria nuper Regina Angliæ exiſten' ſoror' & hærede præd' nuper Regis Edwardi ſexti; prædictaque domina Maria eidem nuper Regi Edwardo ſexto, in præd' Regno Angliæ, jure hæredit' ſucceſſit, & Regina prædicti reg nAngliæ devenit: Poſteaque eadem Regina Maria, apud Weſtm̄ præd', obiit ſine hærede de corpore ſuo execun', domina Elizabeth nuper Regina Angliæ exiſten' ſoror' & hærede prædictæ nuper Reginæ

Mariæ,

Mariæ; prædictaq; domina Elizabetha, eidem nuper Reginæ Mariæ, in præd' Regno Angliæ jure hæredit' successit, & Regina prædicti Regni Angliæ devenit: Postea que eadem Regina Elizabetha apud Westm' præd', obijt sine hærede de corpore suo exeun', nobis nunc & adhuc existen' consanguin' hæred' præd' nuper Reginæ Elizabethæ; Nosque eidem nuper Reginæ Elizabeth in præd' Regno Angliæ jure hæreditario successimus, & Rex Angliæ devenimus, & sumus in præsenti. Jamque præcharissimus Princeps, filius noster primogenitus, Henricus, nunc dux Cornub', nobis supplicavit, ut cum præd' domina Elizabetha nuper Regina Angliæ, per literas suas patent', magno sigillo suo Angliæ sigillat', geren' dat' apud Westm' præd', secundo die Maij Anno Regni sui Tricesimo septimo, concessit quibusdam Gellio Merricke, tunc armigero postea militi, jam defuncto, & Henrico Lindley, tunc armigero modo militi, præd' maner' de West Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertin', Hen̄dum & tenend' eisdem Gellio Merrick & Henrico Lindley, & hæred' suis imperpetuum, prout in literis paten' ill' plenius continetur: Ac cum præd' maner' de West Taunton, Trelowia & Landulph, præfato ducatui, ut præfertur, annex' & unit', ad eundē nunc ducem, prætextu don', cōcession', & union' præd', authoritate præd' Parliamenti pertinuerunt, & adhuc pertinere debeant, ac membr' & parcell' ejusdē ducatus extiterint, & adhuc existant prout idem nunc Princeps & dux, vijs & modis quibus convenit, paratus est edocere, velimus literas patent' præd', de præd' manerijs de West Taunton, Trelowia, & Landulph, ut præfertur, factas, revocare, & adnullare, & Maneria illa cum pertin' in manus nostras seisire, ut eadem maneria eidem nunc duci, tanquam membra & parcell' ducatus præd', habend' & tenend' juxta formam & effectum Don', Concession', & union' præd', liberari faciam⁹. Nos, volentes in hac parte fieri quod est justum, Tibi præcipimus, quod per probos & legales homines de balliva tua Scire fac' præfat' Henrico Lindley militi, & Johanni Hele militi, Servien' ad legem, præd' maner' de West Taunton, Trelowia, & Landulph tenen', nec non cuicunq; al', & quibuscunq; aliis tenent' eorundem manerior' de West Taunton, Trelowia, & Landulph, vel eor' alicujus, quod sint coram nobis in Cācellar' nostra in Octabis Sancti Hill' proxim' futur', ubicunque fuer', ad ostendend' si quid pro nobis aut pro seipsis habeant, vel dicere sciant, quare literæ paten' præd' de præd' manerijs de West Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertin', ut præfertur, fact', revocari & adnullari, ac maneria illa cum pertin' in manum nostram seisiri non debeant, ut ea præfat' nunc duci, tanquā membr̄

br̄

br' & parcell' ducat' præd', secundum formam & effectum don', concessionis, & union' præd', habend' & tenend', liberari faciamus. Et ad faciend' & recipiend' ulterius, quod Cur' nostra tunc & ibidem cons. in hac parte. Et habeas ibi nomina illorum per quos eis Scire feceris, & hoc breve. T. meipso apud Westm' 28 die Novembris, Anno Regni nostri Angliæ, Franc' & Hiberniæ tertio, & Scotiæ tricesimo nono: Et modo ad hunc diem, viz. præd' Octabas S. Hillarij, coram dicto domino Rege nunc in cur' dictæ Cancellar' suæ hic, scilicet apud Westm' prædict', venit Edwardus Coke, miles, Attornat' dicti domini Regis nunc Generalis, qui pro eodem Domino Rege nunc, in hac parte sequitur, in propria persona sua: Et Franciscus Godolphin miles, vic' præd' Com' Cornubiæ existen', modo hic mand' breve præd' servit' & execut' in forma sequen', viz. Quod ipse, virtute brevis illius sibi direct', vicesimo primo die Decembr' Anno tertio supradicto, Scire fecit per Johannem Edgecombe, & Walterum Blunt probos & legales homines de balliva sua, præfat' Henr' Lindley militi, Ac etiam eisdem die & anno, per eosdem probos & legales homines, Scire fecit præfat' Johanni Hele militi, & cuidam Warwico Hele militi, tenen' præd' manerior' de West Taunton, Trelowia, & Landulph, superius mencion', essend' coram dicto Domino Rege nunc hic ad hunc diem, ad ostendend' faciend' & recipiend', quod breve illud in se exigit & requirit. Et præd' Hen. Lindley miles, Johannes Hele miles, & Warwicus Hele miles, quarto die pl'iti solempnit' exact' per Richard' Wilkenson Attornatum suum, ven' & pet' licentiam inde interloquend', Et eis conceditur, &c. Et super hoc dies inde dat' est præfat' Henrico Lindley, Joh' Hele, & Warwico Hele, coram dicto Domino Rege in dicta Cur' hic, scilicet apud Westmonaster' præd', usque in Octab. Purificationis beatæ Mariæ tunc proxim', &c. ubicunque, &c. videlicet præfat' Henrico Johanni & Warwico, ad interloquendum & tunc ad respondend' &c. Idem dies dat' est præfato Edward' Coke militi, Attorn' dicti Domini Regis nunc Generali, qui, &c. tunc hic, &c. Ad quas quidem Octabas Purificationis beatæ Mariæ, coram dicto Domino Rege nunc in dicta Cur' hic, scilicet apud Westm' præd', ven' tam præd' Edwardus Coke miles, Attornat' dicti Domini Regis nunc Generalis, qui, &c. in propr' persona sua, quā præd' Henricus Lindley, Johannes Hele, & Warwicus Hele, per Attornat' suum præd': Et super hoc iidem Henricus, Johannes, & Warwicus, per Attornat' suum præd', ulterius pet' licenc' inde interloquend', coram dicto Domino Rege nunc in dicta Cur' hic, scilicet apud Westm' prædictam, usque in quinden' Paschæ tunc

tunc proxim' ſequen' &c. Ubicunque &c. & tunc ad reſpōdend' &c. Et habent &c. Idemq; dies dat' eſt præfato Edw.Coke militi, Attorn' dicti Dom' Regis nunc generali, qui, &c. tunc hic &c. Ad quam quidem quinden' Paſchæ, coram dicto Domino Rege nunc in dicta Cur' hic, ſcilicet apud Weſtmonaſter' præd', ven' tam præd' Edwardus Coke miles, Attornat' dicti Domini Regis nunc generalis, qui &c. in propria perſona ſua, quam præfat' Hen. Lindley, Johannes Hele & Warwicus Hele, per Attornat' ſuum præd': Et ſuper hoc præd' Henricus, Johannes, & Warwicus, per Attornat' ſuum præd', ulterius pet' licenc' inde interloquend', coram dicto Dom' Rege nunc in dicta Cur' hic, ſcilicet apud Weſtm' prædictam, uſque in Craſtin' Trinit' tunc proxim' ſequen' &c. ubicunque &c. & tunc ad reſpōdend' &c. Et habēt &c. Idēque dies dat' eſt præfato Edward' Coke militi, Attorn' dicti Dom' Regis nunc generali, qui &c. tunc hic &c. Ad quem quidem Craſtin' S. Trinitatis, coram dicto Dom' Rege nunc in dicta Cur' hic' ſcilicet apud Weſtmonaſter' præd', ven' tam præd' Edwardus Coke miles, Attornat' dicti Domini Regis nunc generalis, qui &c. in propria perſona ſua, quam præd' Henricus Lindley, Johannes Hele & Warwicus Hele, per Attorn' ſuum prædictum: Et ſuper hoc ijdem Henr', Johannes & Warwicus, per Attornat' ſuum præd', ulterius pet' licenc' inde interloquend', coram dicto Domino Rege nunc in dicta Cur' hic, ſcilicet apud Weſtmonaſter præd', uſque in Craſtin' Animarum tunc proxim' ſequen' &c. ubicunque, &c. & tunc ad reſpondend', &c. Et habent &c. Idemque dies dat' eſt præfat' Edwardo Coke militi, Attornat' dicti Dom' Regis nunc generali, qui, &c. tunc hic, &c. Ad quem quidem Craſtin' Animar', coram dicto dño Rege nunc in dicta Cur' hic' ſcilicet apud Weſtmonaſter' præd', ven' tam Hen' Hobart miles, tunc Attorn' ipſius dñi Regis nunc generalis, qui pro eodem Domino Rege nunc in hac parte ſequitur, in propria perſona ſua, quam præd' Hen' Lindley, Johannes Hele & Warwicus Hele, per Attornat' ſuum præd'. Super quo præd' Hen' Lindley, per Attorn' ſuum præd', pet' auditum præd' brevis de Scire fac' ſuperius mencionat': Et ei legitur &c. Quo lecto & audito, idē Hen. Lindley dic', quod nec præd' lr̃æ patētes præd' nuper Reginæ Eliz', de præd' maner' de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph cum pertin' in forma præd' fact', revocari ſeu adnullari, nec maner' illa in manus dicti Dom' Regis nunc ſeiſiri debent: Quia dic', quod non habetur aliquod tale recordum alicujus talis Actus Parliam' p̄d' nuper Regis Edw' tertij edit', qual' in præd' brevi de Scire facias ſuperius inde recitat' & ſpecificatur. Nec habetur aliquod

aliquod tale Recordum præd' Cartæ, per præd' nuper Regem Edwardum tertium authoritate Parliamenti præd' superius fieri suppofit', quale in præd' brevi de Scire fac' inde similiter superius recitatur & specificatur: Et hoc idem Henricus Lindley parat' est verificare: Unde petit Judicium si præd' literæ paten' præd' nuper Reginæ Elizabethæ de Maner' præd'cum pertin' sic,ut præfert', fact', revocari & adnullari, aut Maneria illa cum pertin' in man⁹ dicti Dñi Regis nunc seisiri debeant &c. Et præd' Johannes Hele & Warwicus Hele, per Attorn' suum præd', protestand' quod non habetur aliquod Recordum alicujus talis Actus Parliamenti dicto undecimo Anno Edwardi nuper Regis Angliæ tertij, nec habetur aliquod tale Recordum præd' Cartæ per præd' nuper Regem Edwardum tertium Authoritate Parliamenti prædicti, prout in dicto bervi de Scire fac' mentionatur, pro placito dic', q̃d nec præd' literæ paten' præd' Reginæ Elizabethæ, de prædictis maneriis de West Taunton, Trelowia,& Landulph, cum pertin', in forma præd' fact', revocari & adnullari, nec maneria illa cum pertin' in manus Dom' Regis nunc seisiri debent, aut eorum aliquod seisiri debet: Quia dicit, quod præd' nuper Domina Regina Elizabetha, ante confectionem literarum patent' præd' præfat' Gellio Merick & Henrico Lindley, seit' fuit in dominico suo ut de feodo, in jure Coronæ suæ Angliæ de præd' Maner' de West Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertin', in præd' brevi de Scire facias superius specificat' & expressis: Et sic inde seit' existen', eadem nuper Regina Elizabetha,per literas suas paten',sub magno sigillo suo Angliæ sigillat',geren'dat',apud West' in Com' Midd', secundo die Maij Anno Regni sui tricesimo septim̃, & hic in Cur' plat', in consideratione boni, veri, fidelis, & acceptabilis servitij p̃d' nuper Dom' Rñæ per tunc dilectum & fidelem Consanguinem & Consiliar̃ suum Robert' nuper Comitem Essex,prænobilis ordinis garterij mil', ac Magrum equi sui, preantea multipliciter fact' & impens' quam pro aliis bonis causis & considerationibus, prædict' nuper Dominam Reginam ad tunc specialit' moven', necnon ad humilem petitionem præd' nuper Comitis Essex, de grã sua speciali, ac ex certa scientia & mero motu suis, dedit & concessit Maner' præd' cum pertin'(int' alia) præfat' Gellio Merick & Henr' Lindley,tunc armigeris & postea milit'; habend' & tenend' eadem maneria cum pertin' præfat' Gellio Merick & Henrico Lindley, hæred' & assign' suis imperpetuum.Et præd' nuper Dom' Regina per easdem literas paten' concessit pro se, hæredibus, & successor' suis quod prædict' Gellius Merick & Henric' Lindley, hæred' & assign' sui haberent, tenerent, & gauderent præd' Maner' cum pertin' juxta intentionem

nem ipsius nup Reginæ in eisdē literis patent' content': Ac qd pd' literæ paten' essent firmæ, validæ, bonæ, sufficien', & effectuales in lege erga dictam dominam Reginam, hæredes, & successor' suos, tam in omnibus Cur' suis quam alibi infra regnum Angliæ, absque aliquibus confirmationibus, licentiis, vel tolerationibus de dicta nuper Regina, hæred' vel successoribus suis, tunc imposterum per præd' Gellium Merick & Henricum Lindley, aut hæred' sive assign' suos procurand', vel obtinend', Non obstan' Statut' in Parliamento domini Henrici nuper Regis Angliæ Octavi, Anno' Regni sui tricesimo secundo edit', concernen' ducat' Cornub' & Honor' de Newelme, alias Ewelme, prout in & per præd' literas paten' plenius liquet & apparet. Virtute quarum quidem literaru' patent' præd' Gellius Merick & Henricus Lindley in præd' maner' cum pertin' intraver', & fuer' inde seisiti in dominico suo ut de feod'; & sic inde seit' existen' per quoddam scriptum suum indentat inter præfat' nup' Comitem Essex Gellium Merrick & Henr' Lindley, ex una parte, & quosdā Augustin' Steward & Mich. Corsellis, ex altera parte, fact', geren' dat' vicesimo sexto die Decembr' Anno Regni dict' nuper Rñæ Elizab. tricesimo octavo, & in cur' Cancellar' præd' nuper Reginæ, apud Westm' præd', infra sex menses tunc proxim sequen', secundū formam statut' inde edit & pvis. debito modo de Record' irrotulat', tā in consideratione summæ trium mille & quingentarum librarum præfat' nuper Comiti Essex p præfat' Augustinum Steward & Michael' Corsellis solut', quā p vigint' solid' præfat' Gellio & Hen. per præfat' August' & Mich. similit' solut', barganizaver' & vendider' præf. August. & Mich. Maner' præd' cum pertin': habend' & tenend' eisdem August' & Mich. hæred' & assign' suis imperpetuum. Virtute quar' quidē barganiæ & venditionis & irrotulament', & vigore cujusdam statuti, in Parliamento domini Henric' nuper Regis Angliæ octavi quarto die Februarij Anno Regni sui vicesimo septimo, de usib' in possession' transferend', apud Westmonaster' præd' tent', edit', præd' Augustinus & Michaelis fuer' seisit' de Maner' præd' cum pertinen' in dominico suo ut de feodo, & sic inde seisit' existen', iidem Augustinus & Michaelis in consideratione summæ triu' mille & quingent' librarum præfat' Augustino & Mich. per præfat' Johan' Hele solut', postea de maner' præd' cum pertin' feoffaver' eosdē Johannē Hele, tunc Servien' ad legem, & præd' Warwicum Hele, tunc armigerum & modo militem: Habend' & tenend' eisdem Johanni & Warwico, & hæred' & assign' præd' Johannis, ad solum & proprium opus & usum præd' Johannis & Warwici, & hæred' & assign' præd' Johannis Hele imperpetuum. Virtute cujus

quidem

